

9

Ὁ Καστελλάνος ρέκτωρ Κυθήρων τοῦ λοιποῦ δὲν θὰ ἐκλέγῃται ἐν Βενετία, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς διοικήσεως Κρήτης, ὡς ἐγένετο κατὰ τὸ παρελθόν. Πρὸς τοῦτο διατάσσεται ἡ διοίκησις Κρήτης νὰ ἀποστείλῃ ρέκτορα ἢ καστελλάνον εἰς Κύθηρα. Ἀκολουθοῦσιν αἱ ὁδηγίαι διὰ τὴν ἐκλογὴν τοῦ προσώπου καὶ τὴν μισθοδοσίαν του. Αἱ ἐφέσεις τῶν ἀποφάσεων θὰ ἐφεσιβάλλονται ἐν Κρήτῃ. 1393, Ἰουνίου 3.

F^o 65^r

Millesimo trecentesimo LXXXIII, die II^o Junij.

1

Quia, considerata conditione insule nostre Cederici, non est opus ut dominatio nostra habeat laborem in mittendo rectorem de Venecijs ad dictam insulam, sed bonum et commodum fidelium nostrorum insule predictae, multis modis, et causis est, quod mittatur rector ad dictum locum per regimen nostrum Crete, sed quod consuetum erat mittere et seruare in temporibus elapsis; uadit pars, quod scribatur et mandetur regimini nostro Crete, quod decetero debeat prouidere de rectore siue castellano mittendo ad dictam insulam Cederici. Verum ut mittatur persona sufficiens et bona debeat rector mittendus esse de nostris nobilibus, nostri Maioris Consilij, qui eligatur per collegium Crete deputatum ad eligendum supracomitos nostros Culphy et sit cum illo salario, modis et conditionibus quibus erat ille, qui mittebatur ante quam mitteremus rectorem nostrum de Venecijs, et addantur ei yperpera quinquaginta de pluri de salario ut reperiat personam sufficiens. Et ut fideles nostri predictae insule non grauentur ultra debitum rationis, ordinetur quod si aliquis uoluerit se conqueri de aliqua sententia, seu actu facto per castellanum, qui erit per tempora, habeat recursum ad regimen nostrum Crete, per quod audiantur et expediantur eorum querele, sicut audiunt et diffiniunt alias querelas sibi commissas. Et similiter seruetur pro rectore nostro, quem misimus de Venecijs, si aliquis de eo uoluerit conqueri, quod habeat recursum ad regimen nostrum Crete, sicut superius dictum est.

20

10

Συμπλήρωσις τῆς ὑπ' ἀριθ. 7 ἀποφάσεως περὶ ἐφέσεων τῶν ἀποφάσεων τοῦ καστελλάνου Κυθήρων τῆς 29 Μαρτίου 1390. 1393, Ἰουλίου 13.

F^o 65^{to}

Millesimo trecentesimo LXXXIII, Indictione prima, die XII^o mensis Julij.

1

Capta.—Quod addatur parti capte in Maiori Consilio die XXVIII Maij 1390 pro castellano Cederici, ut debeat stare in Candida per unum mensem, ad hoc, quod si aliqui uolent conqueri de eo pro sententijs et terminationibus, que late forent per eum, que possint et debeant audiri per Ducam et consiliarios Crete etc. Quod similiter committatur dictis Duche et consiliarijs, quod debeant audire omnes illos qui uolent conqueri de dicto castellano, de condemnationibus pecuniarijs factis per eum, et super eis facere et terminare pro ut, eis uel maiori parti eorum

5

